

EL OFICIO LITÚRGICO DE SAN JOSÉ Y DE SAN ROQUE: HIMNOS Y LECTURAS EN UN IMPRESO NAVARRO DE 1525

RESUMEN

San José no suele figurar en los santorales del medievo. Aquí se dan algunas noticias de sínodos medievales españoles en los que se encuentra la fiesta de S. José. Pero el interés especial de este pequeño estudio radica en que se editan los textos completos que el sínodo de Pamplona de 1524 promulgó para el Oficio de las Horas de S. José, con las antífonas, himnos, salmos, lecturas y oraciones. Estos textos se encuentran en un impreso de catorce hojas en 8º, editado en Pamplona en 1525, del que se conoce un solo ejemplar. El mismo impreso contiene las lecturas del Oficio de Maitines de S. Roque, que también se editan aquí.

SUMMARY

Saint Joseph habitually not appears in the calendars of the Middle Age. Here we give some news of medieval Spanish synods in that one finds the Saint Joseph's holiday. But the special interest of this small study is that the complete texts, promulgated by the synod of Pamplona of 1524 for the Liturgy of the hours of San Jose, are edited with the antiphons, anthems, psalms readings and prayers. These texts are in a form of fourteen sheets in 8º, edited in Pamplona in 1525, of which an alone copy is known. The same form contains readings of the San Roque's Matins, which also are edited here.

San José ha sido poco afortunado en los santorales del medievo. En las largas listas de santos y de días festivos que aparecen en los sínodos medievales españoles hasta ahora editados o preparados para su edición en el *Synodicon hispanum*, la fiesta de S. José aparece únicamente en el sínodo de Jaén de 1478 y de 1492, en el de Toledo de 1498 y en el sínodo de Astorga de 1553¹. Tanto en Jaén como en Astorga figura S. José como un santo más

1 A. García y García (dir.), *Synodicon hispanum* 3, Madrid 1984, 74.

en las listas de los santos que los sínodos traen para cada mes del año. Pero el sínodo que el 14 de octubre de 1498 celebró Francisco Jiménez de Cisneros, arzobispo de Toledo, en Talavera de la Reina tiene una constitución especial para tres santos, que son S. Francisco de Asís, el fundador de la orden religiosa a la que pertenecía Cisneros, para S. Julián, arzobispo de Toledo, y para S. José. La parte más encomiástica de esta constitución se refiere a S. José y dice: 'Otrosí, ordenamos que la fiesta de sant Joseph, que cahe a diez e nueve de março, tan digna de veneración, sea puesta de aquí adelante en el calendario e se celebre solemnemente de seys capas en todo nuestro arçobispado'².

Si pocas veces aparece la fiesta de S. José en las listas de días festivos, el nombre de S. Roque nunca se encuentra. Por eso creo que es una especial rareza para la liturgia y para la imprenta la decisión del sínodo diocesano de Pamplona de 1523-1524, que admite las fiestas de S. José y de S. Roque en un pequeño folleto datado en 1525. El folletito que editó el sínodo de Pamplona contiene para la fiesta de S. José los himnos de todas las Horas canónicas (excepto los himnos de Completas y de las Horas menores), las antífonas, el invitatorio de Maitines y sus seis lecturas, los responsorios, los salmos y las oraciones para las primeras Vísperas, Maitines, Laudes, Horas menores y segundas Vísperas. Para S. Roque el impreso es más parco y solamente trae la oración propia del santo y las seis lecturas de Maitines. También contiene el folleto las oraciones y las lecturas del oficio de la Expectación del parto o Virgen de la O, además de algunas otras cosas³.

El raro folleto con estas curiosidades litúrgicas se conserva en la Biblioteca Capitular de Pamplona. Se conoce este único ejemplar, que se conservó gracias a que está encuadernado en un volumen con el *Breviarium Pampilonense*, ed. de París, por Wolfgangum Hopilium, de 19 de julio de 1518. Tiene en dicha Biblioteca la signatura 11712-52-2. El texto de la portada dice: *Modus recitandi Horas secundum ritum insignis ecclesie cathedralis Pampilonensis, in generali synodo diligentissime ordinatus anno m.d.xxiii*. Debajo de este texto de la portada hay un grabado de la Pasión del Señor a

2 Folio 15v de la ed. incunable de este sínodo, impresa en Salamanca el 22 diciembre 1498. F. Cantelar Rodríguez, Colección Sinodal 'Lamberto de Echeverría'. Catálogo 3 (Bibliotheca Salmanticensis. Estudios 230) Salamanca 2001, 3.572, p.252, con la bibliografía allí citada. Hay ediciones posteriores de este sínodo, por ejemplo la conocida ed. de J. Sánchez Herrero, Concilios provinciales y sínodos toledanos de los siglos XIV y XV. La religiosidad del clero y pueblo, Sevilla 1976, 361. Los sínodos de Jaén se editan en el vol. IX del *Synodicon hispanum*, que está en la imprenta y está previsto que aparezca en el año 2009, y los sínodos de Toledo se editarán en el volumen X del *Synodicon*, juntamente con los sínodos de Cuenca.

3 Todo el contenido del impreso de 1525 y todo lo que se conoce del sínodo de Pamplona de 1523-1524 y otras informaciones se editan en A. García y García (dir.), *Synodicon hispanum* 8 (Madrid 2007) 596-624, especialmente las pp. 610-19, con el oficio de S. José y de S. Roque.

toda plana. En el recto de la última hoja se encuentra el siguiente colofón: *Sancta synodus precipit quod hunc quaternum nullus audeat imprimere per biennium a data presentium, sub excommunicationis pena et amissionis quaternorum sic impressorum. Datum Pampilone, anno Domini m.d.xxv., die ultima decembris*. Es un impreso en 8º, con 14 hojas sin numerar, cuaternillos con las signaturas: A⁸ B⁶, tinta negra y roja, letra gótica de tres tamaños, dos columnas, excepto en la portada, y número variable de líneas por plana. Lo menciona Palau 173905, y J. Goñi reproduce la portada⁴.

En cuanto al texto del oficio de S. José, creo que es bastante ponderado, incluso en las lecturas, especialmente si estas lecturas se comparan con algunos libros que acerca de S. José se han escrito en tiempos pasados y también recientemente. Si, como dice la segunda lectura, S. José tenía ochenta años cuando murió, y siendo indudable que murió antes de que Jesús comenzase su vida pública, resulta que S. José sería ya de edad bastante avanzada cuando se casó con la Virgen. Pero éstas y algunas otras exageraciones son perdonables. Lo notable es que la mayor parte de todos los textos de este oficio litúrgico de S. José tienen como verdadero fundamento los textos bíblicos. Ignoro si los himnos son originales y acerca de su belleza poética deberá juzgar el experto lector. Las lecturas del oficio de S. Roque pertenecen al fondo de leyendas medievales⁵, en las que, no obstante, siempre puede aletear alguna verdad histórica.

Francisco Cantelar Rodríguez

Santiago de Compostela

⁴ J. Goñi Gaztambide, *Historia de los obispos de Pamplona 3: siglo XVI*, Pamplona 1985, 155. Una reproducción de este impreso y de otros documentos del sínodo de Pamplona de 1523-1524 se encuentra en la Colección Sinodal de la Universidad Pontificia de Salamanca y se describe en F. Cantelar Rodríguez, *Colección Sinodal* (citado en la nota 2), 3.423, p.187.

⁵ F. Diedus, *Vita beati Rochi. Legenda cum officio missae sancti Rochi contra pestem*. Publius Faustus Andrelinus, ad divum Rochum carmen. [Norimbergae. Conradus Zeningerm c. 1485] y [Parisiis. Johannes Trépel (?), c.1495], GW 8331 - 8333, IBI 2091, 2092. Hay ejemplares en la Biblioteca de la Universidad Complutense y en la Biblioteca Colombina (Sevilla).

TEXTO DEL OFICIO DE S. JOSÉ Y DE S. ROQUE EN EL IMPRESO DE 1525:

<De festo Sancti Ioseph>

In festo sancti Ioseph, sponsi uirginis Marie, quod celebratur die decima nona Marcii, ad Vesperas super psalmos feriales, *antiphona*: Laudes cantent pueri, et omnes gentes pariter psallant Deo nostro, cui iocunda sit laudatio. Letetur et Ecclesia, mater nostra Hierusalem, cum uirgo Dei genitrix Ioseph, filio Dauid, desponsatur hodie.

Capitulum: Dedit Dominus confessionem sancto suo et excelso in uerbo glorie, de omni corde suo laudauit Dominum et dilexit eum qui fecit illum. Deo gratias.

Hymnus:

Hunc diem totum celebrem per orbem
 Virginis sponsum ueneremur omnes,
 turbe celorum simul et beati
 concinant hymnos.

Conditor mundi pius et redemptor
 coniugem matri statuit pudicum,
 eius ut custos foret atque testis
 uirginitatis.

Tempus ut plenum fuerat salutis,
 in uirum Ioseph datus est Marie,
 ex tribu Iude ueniens ab alto
 sanguine regum.

Ergo iam sacro properante partu,
 totiens quondam patribus uocatum,
 primus auctorem meruit salutis
 cernere felix.

Quemque pastores uigiles adorant
 obsitum pannis stabulo reponit,
 leta dum terris concinere pacem
 agmina celi.

Vidit et sidus radians ab ortu,
 cuius ad nutum petiere cunam
 principis nati nouiter ferentes
 munera reges.

Laus Patri summo Genitoque semper,
Flamini Sacro simul et potestas,
qui Deus simplex ditioe solus
cuncta gubernat.

Versus: Desponsata est Virgo Dei genitrix.

Resp.: Beato Ioseph, uiro sancto et iusto.

Ad Magnificat antiphona: Magnificatus est Ioseph a progenie in progenies, quoniam in manibus suis suscepit Iesum puerum diuinum, qui promissus est ad patres nostros Abraham et semini eius in secula. Magnificat.

Oratio ad Vesperas, Laudes et Tertiam: Omnipotens sempiternae Deus, qui beatum Ioseph Dei genitricis coniugio dedicasti, concede propitius, ut sicut unigeniti Filii tui nutritus extitit prouidus, ita apud te in nostra intercessione sit ipse sollicitus. Per eundem.

Ad Matutinas, inuitatorium: Christum regem adoremus saluatorem, qui in sponsum matris suae beatum Ioseph contulit.

Psalmus: Venite, exultemus.

Hymnus:

Senex felix, pater et nutritor
regis aeterni meritis notari,
nam tibi gestans utero tonante
iungitur uxor.

Qui minas seui fugiens Herodis,
queris Egyptum monitu superno,
prorsus Infantem reuocas ab atra
peste tyranni.

Inter ignotos habitas colonos,
per que septenos operatus annos,
matris ac nati petis esse uictum
arte fabrili.

Tristis amissum Puerum requiris,
intra mirantes procerum cateruas
comperis; tandem patrios reducis
rursus in agros.

Astra qui celos regit atque terras,
cuius ad iussum superi uerentur,
inferi cuius tremuere numen,
se tibi subdit.

In primo nocturno, antiphona: Nouit Dominus uiam beati Ioseph iusti, et secus decursus aquarum celestium transplantaui eum.

Psalmus: Beatus uir qui timet.

Antiphona: Ioseph, fili Dauid, accipe Puerum et Matrem eius et fuge in Egyptum, quoniam Herodes et principes conuenerunt in unum aduersus Iesum Christum, Dominum nostrum.

Psalmus: Quare fremuerunt gentes.

Antiphona: Ego dormiui et surrexi a somno, et tuli Puerum et Matrem eius, nec timui milia populi circundantis eum.

Psalmus: Domine, quid multiplicati sunt.

Versus: Noli timere, Ioseph, fili Dauid.

Resp.: Accipere Mariam coniugem tuam.

Lectio prima: Aduenientibus ergo nostre salutis temporibus, prout diuino consilio fuerat constitutum, nasciturus Ioseph in Bethleem Iude, filius secundum carnem ipsius Ioseph, descendens a Dauid per lineam Salomonis, et filius secundum legem ipsius Heli, descendens ab eodem Dauid per lineam Nathan ordinatam generationis. Et sic factus et natus est Ioseph de domo et familia Dauid, de tribu Iuda et semine Abrahe, per Isaac secundum promissionem. Qui quidem Ioseph cognatus et consanguineus erat ipsius Ioachim, patris Marie uirginis. Tu autem.

Resp.: Elegit Dominus beatum Ioseph de domo Dauid in sponsum uirginis Marie, matris sue. Vt uirgo uirginem custodiret.

Versus: Tutauit eum Dominus ab omni sorde, et in iustitia et sanctitate decora uit illum. Vt uirgo.

Lectio secunda: Hunc ergo Ioseph ab ineunte etate et infantia sua in tantum ab omni peccati et carnis corruptione Dominus preseruauit, ut usque ad octogesimum etatis sue annum mundus et uirgo permansit. Decebat enim ut Christus, qui in paupertate et iustitia et puritate erat mundum redempturus, patrem putatiuum et legalem, iustum et pauperem et purum omnique uirtute decoratum haberet in terris. O igitur rem grandem! O rem dignam! O rem summa admiratione et ueneratione colendam! Quid namque digne non modo effari, uerum et existimari queat huius sanctissimi uiri, de quo iam tantam diximus sanctitatis preminentiam, et eius erga Christum et Virginem amoris uehementiam, ac in diuinis misteriis uidendis et pertractandis dignitatis excellentiam? Tu autem, Domine.

Resp.: Factum est autem postquam recessit angelus a uirgine Maria, inuenta est in utero habens de Spiritu Sancto.

Versus: Cum esset desponsata Maria uirgo Ioseph, uiro sancto et iusto. Inuenta.

Lectio tertia: Hic, inquam, profecto ab eterno ad gratiam predestinatus a Deo, in sponsum tante uirginis est electus. Hic ab infantia sua usque in senectam et senium ab omni carnis corruptione et sorde peccati est preseruatus, et omni sanctitate et iustitia uirtuteque peditus. Hic propterea Marie matris Dei sponsus meruit appellari, atque illius sanctitatis et uirginitatis custos et testis euangelicus fieri. Hic pre ceteris apostolis et discipulis Christi ab illa sanctissima Virgine predilectus fuit, decebat enim ut illa gloriosissima Virgo uirum suum et sponsum sibi a Domino destinatum, post Christum filium suum, pre ceteris diligeret et amaret. Tu autem.

Resp.: Ioseph autem uir Marie, cum esset homo sanctus et iustus, noluit eam traducere. Voluit eam occulte dimittere.

Versus: Cumque intueretur sanctus Ioseph sponsam suam Mariam pregnantem. Voluit. Gloria Patri. Voluit eam occulte dimittere.

In secundo nocturno, antiphona: Maria et Ioseph tulerunt Puerum in Hierusalem, ut sacrificarent et offerrent Domino sacrificium iustitie.

Psalmus: Cum inuocarem.

Antiphona: Simeon autem, ut uidit Ioseph et Mariam matrem Iesu, glorificauit Dominum et benedixit iustis.

Psalmus: Verba mea.

Antiphona: Erant admirantes Ioseph et Maria super his que dicebantur de Iesu, cuius nomen admirabile est in uniuersa terra.

Psalmus: Domine, Dominus noster.

Versus: Requirebant Puerum Maria et Ioseph.

Resp.: Inter cognatos et notos.

Lectio quarta: Hic, rursus, Christi Iesu, per quem facta sunt omnia, cui obediunt et tremunt elementa, pater meruit nuncupari; quem ipse Dei filius summa et filiali ueneratione ut patrem coram omnibus coluit et honorauit, et in familiaribus domesticisque negotiis obediens et subditus extitit. Hic denique Saluatorem mundi a patriarchis et regibus et prophetis desideratum, diu longeque expectatum, primus uidit, in manibus cepit, seruiuit, nutriuit, adorauit, et pannis pauperculis inuoluit, inuolutum summa cum sollicitudine et gaudio in presepio reclinauit. <Tu autem>.

Resp.: Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens: Non dubites super sponsam tuam. Quod in ea natum est, de Spiritu Sancto est.

Versus: Ioseph, fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Quod in ea.

Lectio quinta: Hic demum pastores et reges cum muneribus ad adorandum regem celorum de longinquo uenientes, in suo paupere hospicio recepit, et corde nati regis maiestate erudiuit. Hic simul cum Maria uirgine puerum Iesum in templo Domini presentauit, atque a beato Simeone meruit benedici. Hic Iesum et Mariam, angelico amonente prestigio, seuissimi tyranni minas fugiens, per longa itinerum discrimina in Egyptum miro labore conduxit, et eos ibi cum iusto sudore et partu et peracto labore aluit et nutriuit. Tu autem, Domine.

Resp.: Ascendit Ioseph a Galilea de ciuitate Nazareth in ciuitatem que dicitur Bethleem. Eo quod esset de domo et familia Dauid.

Versus: Ascendit autem ut profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore pregnante. Eo quod.

Lectio sexta: Hic, rursus monitus ab angelo, cum Puero et Matre eius in Nazareth reuertitur, atque in omnibus peregrinationibus eisdem comes et ducator minime defuit. Amisum denique puerum Iesum, inter cognatos et notos cum anxietate et solitudine triduo perquisiuit, et tandem in medio doctorum disputantem reperiit, ubi ipsa uirgo Maria mater eum, non sine ingenti honore et gloria, patrem pueri Iesu in tantorum uirorum contione uoluit appellari. Tandem, inter ceteras dignitates et priuilegia sibi collata, merito debet numerari quia in eius obitu Christus Iesus, mundi factor et redemptor, presens adesse dignatus est, et eum, uelut nuntium et legitimum propinquum uniuersalis redemptionis legatum, ad sanctos patres in sinum Abrahe specialiter destinauit. Tu autem.

Resp.: Postquam impleti sunt dies Marie ut pareret. Peperit filium suum primogenitum.

Versus: Factum est autem, cum essent in Bethleem Ioseph et Maria ut profiterentur. Peperit filium. Gloria Patri. Peperit.

In tertio nocturno, antiphona: Die ac nocte transmigraui in montes sicut passer, querens Iesum, quem perdideram, thesaurum mihi commissum.

Psalmus: In Domino confido.

Antiphona: Desiderium anime mee tribuisti mihi, quoniam post triduum inueni in templo Saluatorem meum.

Psalmus: Domine, in uirtute.

Antiphona: Accepit Ioseph benedictionem a Domino, quoniam Iesus, Dominus orbis terrarum, erat subditus illi.

Psalmus: Domini est terra.

Versus: Inuenit Ioseph Dominum in templo.

Resp.: Disputantem in medio doctorum.

Euangelium secundum Mattheum: Cum esset desponsata mater, *ut in uigilia Natiuitatis Domini.*

Resp.: Pastores inuenerunt Mariam et Ioseph et Infantem positum in presepio. Quod Ioseph preparauerat boui et asino.

Versus: Videntes autem pastores Puerum pannis inuolutum, adorauerunt eum in presepio. Quod.

Resp.: Apparuit angelus Domini in somnis Ioseph, dicens: Accipe Puerum et Matrem eius. Fuge in Egyptum, et esto ibi, <usque> dum dicam tibi.

Versus: Futurum est enim ut Herodes querat Puerum ad perdendum. Fuge.

Resp.: Consurgens Ioseph de somno accepit Puerum et Matrem eius nocte, et secessit in Egyptum. Et erat ibi usque ad obitum Herodis.

Versus: Ioseph autem, cum esset uir sanctus et iustus, alebat et fouebat Iesum et Mariam in Egypto. Et erat. Gloria Patri. Consurgens. *A capite repetatur.*

Te Deum laudamus.

Ante Laudes, uersus: Desponsata est Virgo Dei genitrix.

Resp.: Beato Ioseph, uiro sancto et iusto.

In Laudibus, antiphona: Testificatus est Ioseph uirginitatem et pudorem Matris Christi, cuius testimonia credibilia facta sunt nimis.

Psalmus: Dominus regnauit.

Antiphona: In sponsum Virginis electus est beatus Ioseph, ut Matri et Puero seruiret in letitia.

Psalmus: Iubilare Deo.

Antiphona: Herodes in uanum quesuiuit animam pueri, quoniam Ioseph, excitatus ab angelo, tulit eum in Egyptum.

Psalmus: Deus, Deus.

Antiphona: Ioseph autem, cum uidisset Iesum disputantem in medio doctorum, gauisus est gaudio magno ualde, et benedixit eum.

Psalmus: Benedicite.

Antiphona: Eleuatus est beatus Ioseph usque ad celos celorum, ubi felix cum Maria laudat Deum in excelsis.

Psalmus: Laudate Dominum.

Capitulum, ut supra, etc.

Hymnus:

Noctis e celo tenebris depulsis,
 decidant mentis feritatis umbre,
 huius ut partus referat triumphos
 laude perenni.

Octo iam denis agitatus annis,
 uinculo mortis ueteri solutus,
 uictor et uirgo spoliatur ultro
 corpus onustum.

Affuit leto Iesus ipse presens,
 cuius aduentum referens propinquum,
 tendit ad patres, Abraheque limbo
 clauditur insons.

Ima dum Christus superauit orci,
 surgit hic uitam simul ad beatam,
 scandit in celum meritis adeptus
 premia palme.

Unde regnantem flagitemus ipsum
 cum sua sponsa ueniam precetur,
 supplices et nos rapiamus alta
 sidera celi.

Laus Patri summo.

Versus: Desponsata est Dei genitrix.

Ad Benedictus, antiphona: Angelus autem Domini apparuit in somnis Ioseph beato, dicens: Accipe Mariam uirginem de Spiritu Sancto pregnatam, pariet quidem filium, et uocabis nomen eius Iesum. Ipse saluum faciet populum suum, et faciet redemptionem plebis sue.

Psalmus: Benedictus.

Oratio ut supra.

Ad Primam, antiphona: Dedicauit Dominus beatum Ioseph in testem fidelem ineffabilis natiuitatis Iesu Christi filii sui, qui in nomine suo saluos nos fecit.

Psalmus: Deus, in nomine.

Ad Tertiam, antiphona: Reclinauit Ioseph Infantem in presepio, in medio duorum animalium, qui legem posuit uniuerso mundo.

Psalmus: Legem pone.

Capitulum: Dedit Dominus, *ut in Vesperis.*

Resp.: Consurgens Ioseph, *ut supra.*

Versus: Noli timere Ioseph, fili Dauid.

Resp.: Accipere Mariam coniugem tuam. *Oratio ut supra.*

Ad Sextam, antiphona: Inuenerunt pastores Ioseph et Mariam et Infantem positum in presepio, in cuius salutare anima nostra semper sperauit.

Psalmus: Defecit in salutare.

Capitulum: Senectus autem illius ueneranda est non diuturna, nec annorum numero computata. Cani autem sunt sensus hominis, et etas senectutis uita immaculata.

Resp.: Noli timere, Ioseph, fili Dauid.

Versus: Accipere Mariam coniugem tuam. Fili Dauid. Gloria Patri. Noli.

Versus: Requirebant Puerum Maria et Ioseph.

Resp.: Inter cognatos et notos.

Oratio: Pie Iesu, qui creatorem omnium tibi coequalem in celis patrem omnipotentem habuisti, et in terris specialiter Ioseph sanctissimum in patrem et nutritium elegisti, da nobis, quesumus, ut sicut ipse tibi infanti adhuc et puero ministrauit fideliter, sic eius meritis et precibus fruamur in tuo sancto seruitio perseuerantes. Qui uiuis et regnas.

Ad Nonam, antiphona: Anima mea scrutata est Dominum meum, et requisiiuit eum inter cognatos et notos.

Psalmus: Mirabilia testimonia.

Capitulum: Sapientia laudauit animam suam, et in Deo honorabitur, et in medio populi sui gloriabitur, in multitudine electorum habebit laudem, et inter bonos benedicetur.

Resp.: Requirebant Puerum Maria et Ioseph.

Versus: Inter cognatos et notos. Maria. Gloria Patri. Requirebant.

Versus: Inuenit Ioseph Dominum in templo.

Resp.: Disputantem in medio doctorum.

Oratio: Beati patriarche Ioseph precibus adiuuemur, ut, quod possibilitas nostra non obtinet, eius nobis intercessionibus donetur. Per Dominum nostrum, etc.

Ad Vesperas, antiphona: Elegit sibi Dominus beatum Ioseph in sponsum uirginis matris sue, et in splendoribus sanctorum decorauit eum.

Psalmi unius confessoris. Antiphona: Cumque intueretur Ioseph Mariam pregnantem uoluit dimittere eam, quoniam iustus erat et timens Deum.

Antiphona: Dixit autem angelus ad beatum Ioseph: Noli timere accipere Mariam coniugem tuam, quoniam excelsus Dominus de Spiritu Sancto impleuit uterum eius.

Antiphona: Ioseph autem, cum audisset diuinum oraculum, credidit angelo qui locutus est, et accepit Mariam coniugem suam.

Antiphona: Factum est autem, cum ascendisset Ioseph in Bethleem ut profiteretur, peperit Maria filium suum primogenitum, qui in sanguine suo conuertit captiuitatem nostram.

Capitulum, hymnus, uersus et oratio ut in primis Vesperis. Ad Magnificat, *antiphona:* Beatus autem Ioseph ad ethereos thalamos cum Christo gloriosus et uictor ascendit, sacra patriarcharum et prophetarum comitante caterua, ubi felix cum Maria sponsa sua magnificat Deum in eternum.

Psalmus: Magnificat anima mea Dominum.

<De festo Sancti Roch>

De sancto Rocho confessore, cuius festum cadit altera die post festum Assumptionis uirginis Marie, celebretur altero die post festum beati Gregorii in Quadragesima, in nouem lectionibus.

Ad omnes Horas oratio: Deus, qui es gloriosus in gloria sanctorum, et cunctis ad eorum patrocinia confugientibus sue petitionis salutarem prestas effectum, concede plebi tue, ut, intercedente beato Rocho confessore tuo, a languore epidemie, quem in suo corpore pro tui nominis gloria passus est, sit liberata, et tuo nomini semper sit deuota. Per Dominum.

Cetera quere in natali unius confessoris non episcopi nec abbatis.

Lectio prima: Rochum patre Ioanne, matre uero Libera nomine genitum constat. Is patriam habuit Montem Pessulanum, que olim Agatha siue Agathapolis appellabatur, Narbonensis Gallie oppidum non ignobile, cui aliisque nonnullis pater ipse, non tyrannorum more, sed iustitia, integritate, prudentia, diuino timore, suorumque omnium beneuolentia et gratia, imperauit. Qui tametsi militarem disciplinam diu exercuit, seculi tamen huius illecebras, ueluti caduca paruique momenti, aspernatus est.

Lectio secunda: Is uxorem infecundam ac sterilem ad senectam usque perductam, ignarus quo pacto prolem ex ea comparet, quam mirum in modum optabat, quapropter Dominum Iesum Christum ac gloriosam Virginem filium sibi dari exorant. Horum coniugum preces exaudiuit Dominus. Gignunt elegantissimum filium, ac Rochum illum appellant. Mater itaque mire pulchritudinis puerum et rubra cruce in pectore signatum intuens,

obstupuit, censensque eum Deo fore gratissimum, propriis uberibus educare decreuit.

Lectio tertia: Mira res, nam sicut miraculo conceptus ac genitus est infans, sic bonitatis ac sanctimonie signa presagiaque pre se tulit, nempe cum mater eius, in beate Virginis memoriam, feriis quarta et sexta semel tantum uesceretur, puer ipse tenellus iisdem diebus semel tantum matris ubera suxit. Cumque ad quintum etatis annum peruenisset, Pauli non immemor sententie, corpus castigare et in seruitutem redigere studuit, sibi ipsi soli austerus, aliis blandus, pauperum summopere et peregrinorum misertus est. Ioannes interim pater, etate morboque grauatus, moritur.

Lectio quarta: Post hec, Rochus patriam, amicos, possessiones principatumque deserens, cuncta que habere poterat pauperibus erogauit. Sicque breui quadam coccinea ueste indutus, uilique pallio circum|amictus, pileo, pera et baculo sumptis, nullo comitante Romam uersus iter dirigit.

Lectio quinta: Cumque ciuitatem Aquam Pendentem ingressus fuisset, tunc temporis seuissima peste uexatam, ut pauperibus egrotantibus inseruiret, mox ad hospitale se contulit. Euocatoque Vincentio, hospitalis magistro, eum sic alloquitur: Oro ut me tibi socium adiungas in seruitio egrotantium, ne a ceteris destitutus, solus his inseruias. Cui cum Vincentius Rochi prestantis iuente parcens reniteretur, ille ait: Nonne in sacris codicibus legitur, diuino fretis presidio nihil esse difficile? Nam scriptum est: 'Quodcumque ex minimis meis fecistis, mihi fecistis'. Quid plura? Rochus omnes peste infectos crucis signaculo munit, et eos diuina uirtute sanos efficit.

Lectio sexta: Rochus preterea inde abiens, confestim Cesenam, Togate Gallie urbem, eodem morbo correptam profectus, eam incolumem reddit. Demum Romam proueniens, eadem clade ceteris Italie urbibus contaminatam, sanat. Inter ceteros, quemdam cardinalem Britonicum peste sauciatum, crucis impressione sanauit, cuius impressio ad uite sue usque terminum in fronte uisibilis permansit. Rochus postea deuotus summum Pontificem humiliter adiit. Impetrataque uenia, per triennium cum predicto cardinali moratus est; post cuius mortem, hominum laudem fugiens a Roma recessit. Qui cum omnem fere Togatam Galliam morbo correptam liberasset, in Transpadanam urbem, truci pestilentia uexatam, se contulit, et ad hospitale quoddam diuertens, egros quoscumque sanauit, ubi cum acutissima febre se grauatum sensisset, solo baculo innixus inde abiit.